

—  
—  
—  
—

## OBSERVATIO LXXXIV.

Iuuenis 15. annorum dormiens è lecto surgit,  
ambulat, ac tandem per fenestram ex cubiculo  
tertiæ contignationis domus altioris ad al-  
titudinem 14. vlnarum decidit: sed  
iuuante diuina gratiâ pristinæ  
sanitati restituitur, & à gra-  
uibus symptomatis  
liberatur.

*Ad*

*Virum celeberrimum & Doctiss. Dn. GUILHEL-*  
*MVM FABRICIVM HILDANVM, Medi-*  
*cum & Cheirurgum peritissimum, &*  
*Reipub. Paterniacensis Auen-*  
*ticorum ordina-*  
*rium.*

*cui*

*GREGOR. HORSTIVS Med. & Philosoph.*  
*Doct. S. P. D.*

**V**T par pari referam, Peritissime vir, fau-  
tor, & amice honorande, placet literis  
meis responsoriis præsentem casum subiicere,  
tum quod per se raro talia accidunt, tum etiam  
quod ex illo iucundæ quæstiones oriuntur,  
quas breuiter enodatas tibi ulterius perpen-  
dendas, & cum ratione atque experientia Me-  
dicâ coniungendas relinquo. Anno superiori  
20. A.